

Ziber

rum duum a radice spergens folia fere lappathi ferrata stamine purpureo. Folia siccantur i farina plurimos ad usus. Fit uinum ex ea & acetum stomacho & claritati oculorum. Tantumque gloriae habet: ut domus in qua sata sit tuta existimetur a piaculis omnibus. In eadem hispania inuenta est cantabrica per Diui Augusti tempora a cantabris reperta. Nascitur ubique caule iunceo pedali in quo sunt flosculi oblongi uelut calathii. In iis semen perquam minutum. Nec alias desuere hispaniae herbis exquirere: ut in quibus etiamnum hodie in uirore latiore conuictu potionem e ceterum herbis mulso additis credere saluberrimum suauissimamque. Nec quisquam genera earum iam nouit aut multitudinem. Numerus tantum constat in nomine. Nostra aetas meminit herbam in maris repertam. Nascitur aequiculis circumuicium neruesiae: uocatur consiligo. prodest ut demonstrabimus suo loco deploratis in pthisi. Inuenit nuper & Seruilius Democrates primus medicum quam appellauit hiberidam quaquam ficto nomine inuentioni eius assignato carmine. Nascitur maxime circa uetera monumenta parietinasque & inculta itinere. Floret semper folio nasturtii: caule cubitali: semine tam paruo: ut uix aspici possit. Radici odor nasturtii. Usus aestate efficacior: & recetum tantum. Tandem diffidit. Coxendicibus & articulis omnibus cum axungia modica utilissima: uiris plurimis quaternis horis: foeminis minus dimidio adalligata: ut dein in balneum descendatur in calidam & postea oleo & uino corpus peruratur: diebusque uicenis interpositis idem fiat sicca admonitio doloris superfit. Hoc modo rheumatismos omnes sanat occultos. Imponitur non in ipsa inflammatione: sed imminuta. Animalia quoque inuenere herbas: in primisque chelidonia. Hanc enim hirundines oculis pullos in nido restitunt uisum: ut quidam uolunt et erutis oculis. Genera eius duo. Maior fruticoso caule: folio pastinacae erraticae ampliore ipsa altitudine duum cubitorum. Colos albicans. flos luteus. Minori folia hederis rotundiora minus candida. Succus croci mordax. Semen papaueris. Floret aduentu hirundinum. Discessu marcescunt. Florentibus succus exprimitur: & in aereo uase cum melle attico leniter cinere feruente decoquitur: singulari remedio contra caligines oculorum. Utuntur & per se succo in collyriis: quae chelidonia appellatur ab ea. Inueniuntur & canes canaria: qua fastidium deducunt: eamque in nostro conspectu mandunt: sed ita ut nunquam intelligatur quae sit etiam depasta cernitur. Notata est autem haec animalis huius malignitas in alia herba maior. percussus enim a serpente: mederi quadam sibi dicitur: sed illam hominem inspectante non deceperit. Simplicius ceruae monstrauere elaphoboscon: de qua diximus. Item seseli enixae a partu dictamnum ostendere (ut indicauimus) uulnerata, eo pastae statim decidetibus telis. Non est alibi quam in creta: ramis praetenuis: pulgrio simile: feruens & acris gustu: foliis tantum utuntur. Flos nullus ei est: aut semen aut caulis. Radix tenuis & superuacua. Et in creta aut non spatiosae nascitur: mireque a capris expetitur. pro eo est & pseudo dictamnum multis in terris nascens: folio simili: ramulis minoribus a quibusdam condritis uocatum. Minoris effectus statim intelligitur. Dictamnum enim minima portione accedit os. Qui legere eam: in serula uel arundine condunt: praeligantque: ne potentia euanescat. Sunt qui dicant utranque nasci multifariam: sed deteriores in agris pinguibus: ueram quidam dictamnum non nisi in asperis. Est & tertium genus dictamnum uocatum: sed neque facie neque effectu simile folio sisybri: ramis maioribus procedente persuasione illa: quicquid in creta nascitur: infinito praestare ceteris eiusdem generis alibi gentis. proxime quod in parnaso: alioque herbiferum esse & pelium montem in thessalia. Et teiethrium in euboea. Et totam arcadiam ac laonicam. Tradunt arcades quidem non medicaminibus uti: sed lacte circa uer: quoniam tunc maxime succis herbe turgeant: medicenturque: uberes pascuae. Bibunt autem lac uaccinum: quoniam boues omnium uerum sunt in herbis. potentia earum per quadrupedes etiamnum duobus claris exemplis manifesta fit. Circa abderam & limitem: qui Diomedis uocatur equi pastum inflammationem rabie: circa pothniam uero & asini. Inter notabilissimas aristolochiae nomen dedisse grauide uidentur: quoniam esset aristotelechus. Nostrum malum terrae uocatur & quattuor genera eius seruant. Unum cuberibus radicem rotundis foliis inter maluam & hederam nigrioribus pinguioribusque. Alterum masculae radice longa quattuor digitorum longitudine baculi crassitudine. Tertium longissimae tenuitatis uitis nouellae cui sit praecipua uis: quae clematicis uocantur: ab aliis cretica. Omnes colore buxeo. caulibus paruis: flore purpureo: Ferunt baculas paruas uelut cappari. Valent radice tantum. Est & quae pistolochia uocatur quarti generis: tenuior quam proxime dicta: densis radicis capillamentis iunci plenioris crassitudine: Hanc quidam polyrrhizon cognominant. Odor omnium medicatus. Sed oblonga radice tenuiori gratior. Carnosi enim est corticis: unguentis quoque nardinis conueniens. Nascuntur pinguibus locis & campestribus. Effodere eas messibus tempestiuum: ita desquamato terreno seruantur. Maxime tamen laudatur pontica. Et in quocumque genere ponderosissima quaeque medicinis aptior. Rotunda contra serpentes. Oblonga in summa tamen gloria est etiam modo. A conceptu admota uuluis in carne bubula mares figurat: ut traditur. piscatores campaniae radicem eam: quae rotunda est. uenenum terrae: uocant: coramque nobis contusam immixte calce in mari sparsere: aduolant pisces cupiditate mira: statimque exanimati fluitant. Quae polyrrhizon cognominatur: conuulsis contusis ex alto praecipitatis radice pota